



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

Art. II. Convelluntur fundamenta Adversariorum,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)

ARTICULUS II.

Cavelluntur fundamenta Adversariorum.

Fundamenta Adversariorum, alia desumpta sunt ex Scriptura, & SS. Patribus, alia ex ratione perita. Quæ sunt primi generis, hoc s. diuentur; alia vero in sequentibus.

S. I.

Expounderunt testimonia Scriptura, & Sanctorum Patrum, quæ videntur favere aduersa sententia.

Bijungunt in primis Adversarii contra nos sententiam illud Matthæi 25. Venite B

beneplacitatis mei, posidete paratum vobis regnum: gloriam, & dedistis mihi manducare &c. Ubi punctula illa causalis enim (inquit Vazquez) non solum ad temporalem gloriæ exhibitorum, sed etiam ad aeternam ejus preparationem, extretrenda. Secundo illud Pauli ad Corinth. 4. Quod non vidit, nec auris audivit, nec in cor homini ascendit quæ preparavit Deus diligentibus se. Ubi hanc ista verba, Diligentibus se, causam præparationis, & non solum executionis subbindit. Tertiò illud Pauli ad Rom. 8. Quos prescrivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui, si est quos prescrivit bene operatos, & conformes futuros imaginis filii sui, hos prædestinavit. Unde Ambrosius super caput 8. Epistolæ ad Romanos, expounit illa verba Apostoli, dicit: Deus eos qui prescrivit devotos, elegit ad promissam præmissam. Et lib. 5. de fide: Quorum (inquit) merita prescrivit, horum præmia prædestinavit. Cui concinit Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 24. His verbis: Prædestinavit ad regnum quos ad se prescrivit misericordie preventius auxilio reddituros. Item Augustinus lib. 1. ad Simplic. q. 2. ait: Electa non procedit iustificationem, sed electionem iustificationis. At eadem est ratio de præcedencia meritorum: ergo etiam ex Augustino præscientia meritorum electionem prædestinaturum ad gloriam antecedit. Unde ibidem subdit: Quid dictum est quia elegit nos Deus ante mundi iustificationem, non video quomodo sit dictum, nisi præscientia. Denique S. Thomas super cap. 8. Epistolæ Romani, leet. 6. expoundens hæc verba Apostoli: Quos prescrivit, hos & prædestinavit, hoc scribit: Circa ordinem autem præscientia & prædestinationis dicunt quidam quod præscientia meritorum bonorum & malorum est ratio prædestinationis, & reprobationis &c. Et paulo post subiungit: Et hoc quidem rationaliter ducetur, si prædestinatione resipiceret tantum vitam eternam que datur meritis: sed sub prædestinatione cedit omne beneficium salutare, quod est homini aeterno divinitus preparatum: unde eadem ratione unius beneficiæ que nobis confert ex tempore, præparavit nobis ab aeterno. Unde posse quod aliquod meritum ex parte nostra præsupponatur, cuius præscientia faciat prædestinationem, nihil est aliud quam gratiam patre dari ex meritis nostris. Quibus verbis S. Thomas a perte videtur docere, quod quamvis prædestination ad gratiam sit pure gratuita, & independens a præscientia meritorum; prædestination tamen ad gloriam merita prævisa supponit.

D Ad primum & secundum testimonium respondunt Eltius & alii, Scripturam his locis non significare bonorum operum merita, cauam esse preparationis regni, sed possessionis il-

lius; & particulam illam causalem, enim, non esse referendam ad dictiōnem, paratum, sed ad verbā antecedentia, Venite & posidete: Quæ solution probabilitate non caret. Secundò tamen responderi potest, dato etiam quod ibi Scriptura loquatur de aeterna præparatione gloriæ, & non solum de ejus temporali possessione, & consecutione; hæc debere intelligi & explicari de decreto executivo, quod præscientiam meritorum supponit, non vero de intentivo, quod est pure gratuum, & meritorum prævisionem antecedens, ut exposuimus 4. corollario S. præcedentis.

Ad tertium testimonium dicendum est, aliquid in Scriptura nomine præscientia intelligi decretum Dei prædestinantis, ut docet D. Augustinus de bono perseverantiae cap. 18. ubi sic intelligit illud ad Roman. 11. Non repulit Deus plebem suam quam præscrivit: id est prædestinavit. Et ibidem subdit. Quid nos prohibet quando apud aliquos verbi Dei tractatores legimus præscientiam Dei, & agitur de vocatione electorum, eandem intelligere prædestinationem. Unde non est sensus verborum Apostoli, quod Deus præscrivit prius merita prædestinaturum, & postea eos prædestinaverit, sed quod eos prædestinando, illorum merita in sua prædestinatione præsciverit. Quare constructio illa verborum Apostoli supra relata, non est legitima, & reprobatur a D. Thoma ibidem leet. 6. ubi inquit, quod Convenientius sic ordinatur littera: Quos præscrivit, hos & prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui: ut ista conformitas non sit ratio prædestinationis, sed terminus vel effetus.

Potest etiam responderi: ly prescrivit significare scientiam approbationis, & sensum esse, Deum per actum imperii (in quo ut supra ostendimus prædestinatione essentialiter consistit) præparasse, & completere prædestinasse eos quos per scientiam approbationis, fundatam in decreto, ex vi sua electionis efficacis, præscrivit futuros initiativæ conformes imaginis filii sui. In quo etiam sensu explicari possunt verba Ambrofii, & Fulgentii.

Ad Augustinum respondent aliqui cum Belarmino libro 2. de gratia cap. 15. illum libros ad Simplicianum juvenem scripsisse, & senem efficiunt, sententiam de electione ad gloriam quam citato loco docuerat, retractasse. Sed hæc responsio non placet. Tum quia Augustinus in libris retractationis, ubi quæ minus veritati consentanea docuerat, humiliter retractavit, mentione facta librorum ad Simplicianum, doctrinam in eis contentam non reprobat, nec retractat, sed potius commendat, asserendo elaboratos esse pro libero arbitrio, sed divinam gratiam vicisse. Tunc etiam quia in libro de prædestinatione Sanctorum cap. 4. remittit Semipelagianos ad librum quem scriptit ad Simplicianum, quod minimè faceret, si aliquid in eo docuisset contrarium veræ doctrinæ de prædestinatione & electione, quam contra Massilienses astriuere continebat. Unde melius respondetur, juxta doctrinam traditam ultimo corollario S. præcedentis, quod quando Augustinus loco citato dicit quod electionem præredit iustificatio, & quod quando Apostolus dixit Egit nos Deus ante mundi constitutionem, hoc non est dictum nisi præscientia: loquitur de electione ad gloriam in ordine executionis, non in ordine intentionis; hanc enim in sententia Augustini merita prævisa

præcedere, supra §. 5. ostensum est. Vel nomine A Petrum præmiare, & est falsa. Vei potest construi cum ly præmiare, sic Deus vult Petrum præmiare propter merita, & in hoc sensu est vera.

62 Eodem modo exponendus est locus D. Thomas desumptus excommentario super caput 8. Epist. ad Roman. Ibi enim S. Doctor sumit prædestinationem non pro decreto intentivo gloriæ, quod in ejus sententia meritorum prævisionem anteverit, sed pro decreto executivo illius, quod merita prævisa supponit: solumque intendit docere, hoc intercedere discrimen inter prædestinationem ad gloriam & prædestinationem ad gratiam, in ordine executionis consideratas, quod prima non est purè gratuita, sed dependet à præscientia meritorum. Secunda vero est purè gratuita, & independens à meritis.

§. II.

Solvuntur argumenta ex ratione petita.

63 C ontra gratuitam prædestinationem objicitur primo. Si Deus ante prævisa merita eligeret homines ad gloriæ, eam consequerentur, et si nulla haberent merita: Consequens est falsum, ut pater. Ergo &c. Sequela probatur: Voluntas illa sic eligens est efficax, ac proinde debet infallibiliter sortiri suum effectum: Ergo si illa sit purè gratuita, & independens à præscientia meritorum, sequitur quod etiam nullis existentibus meritis, electi gloriæ consequerentur.

64 Respondeo negando tequelam Majoris: Licet enim ante prævisa merita Deus velit dare gloriam prædestinatis, non tamen sine meritis; immo potius ex voluntate illa gratuita, tanquam ex prima radice oritur voluntas dandi gratiam & merita, quibus tanquam mediis electi vitam æternam infallibiliter consequantur: juxta illud quod ex D. Prospero supra retulimus, Deus his quos elegit sine meritis, dat unde ornatur ex meritis. Unde præcipua Adversariorum argumenta in hac materia, dupliæ equivocatione laborant. Prima est, qui non distinguunt inter hoc quod est Deum velle dare gloriam per merita, & velle dare propter merita. Primum est verissimum, & significat Deum non velle dare gloriam in executione sine meritis & bonis operibus, quia vult illam dare per modum præmii & coronæ. Secundum vero est falsum, & denotat Deum, intuitu meritorum quæ prævidet, moveri & excitari ad eligendum homines ad gloriæ. Primum significat, bona opera intrare prædestinationem ut effectus ex illa subsecutos & derivatos. Secundum vero denotat merita prævisa ad illam spectare ut motiva intendendi & volendi gloriam.

Secunda æquivocatio est similis præcedenti, & consistit in hoc, quod Adversarii has duas propositiones confundunt: Deus gratis vult dare gloriam. Et Deus vult dare gloriam gratis: quæ tamen sunt valde diversæ, & diligenter distinguenda. Prima enim est verissima, & significat quod Deus gratuito motivo movetur ad intendendam gloriam. Secunda falsa, & erronea, & denotat quod in ordine executionis Deus velit dare gloriam adulis sine meritis & bonis operibus. Unde subtiliter Scotus in reportatione dist. 41, quæst. unica §. De argomento, explicat hanc propositionem, Deus vult Petrum præmiare propter merita, & dicit quod ly propter merita, potest construi cum ly vult, & sic est sensus, Deus propter merita vult

A Petrum præmiare, & est falsa. Vei potest construi cum ly præmiare, sic Deus vult Petrum præmiare propter merita, & in hoc sensu est vera.

Quando vero additur, quod voluntas illa sic eligens gratuito homines ad gloriam efficax est: Ergo nullis etiam existentibus meritis, elegit gloriam consequentur: neganda est Consequencia, si enim est efficax, non est possibile quod in electis nulla inveniar merita, quia ad hoc ipsum efficax est, ut causet ipsa merita, & merita sint effectus ejus; nam illa est efficax voluntas finis, quæ virtualiter continet media, & causat de facto illa.

Objicitur secundo: Quod est volitum per modum coronæ, non potest efficaciter intendi ante prævisa merita: Sed Deus vult gloriam adulis per modum præmii & coronæ, & non folium per modum hereditatis, ut definitur in Tridentino, & constat ex verbis Apostoli supra relatis: Ergo Deus nequit illam efficaciter intendere ante prævisa merita. Minor patet, Major vero probatur. Corona essentialiter dependet a meritis, & refertur ad illa: Ergo quod est volitum per modum coronæ, non potest efficaciter intendi ante prævisa merita.

Respondeo negando Majorem: ad cuius proportionem, distinguo Antecedens, Corona dependet essentialiter a meritis, in ordine executionis, & in genere cause efficientis, concedo Antecedens. In ordine intentionis, & in genere causa finalis, nego antecedens, & consequentiam. Ut enim gloria in ordine intentionis prior præscientia meritorum, sufficit quod licet dependeat a meritis in genere cause efficientis, non dependeat ab illis, sed potius illa causa, in genere causa finalis.

Dices: Implicat intelligi coronam ut coronam, sine ordine ad merita: Ergo implicat in sensu ordine ad illa, & consequenter ante illorum prævisionem.

Respondeo distinguendo Antecedens; sine ordine ad merita, ut causantia in omni ordine, nego Antecedens. Sine ordine ad merita, ut causantia in ordine executionis, & causata in ordine intentionis, concedo Antecedens, & distinguo. Consequens eodem modo: ex quo solum sequitur debere attingi merita a decreto intentivo coronæ, ut ejus effectus, non autem ut moditia illius.

Instabis: Quia pena ut pena est effectus de meritorum, implicat in ordine aliquo intelligi, aut intendi efficaciter absque prævisis demeritis ut motivis: At corona ut corona, non minus est effectus meritorum, quam pena demeritorum: Ergo implicat intelligi aut intendi efficaciter absque prævisis meritis, ut motivis & causulis.

Respondeo distinguendo causalem Majoris: Præcise quia est effectus demeritorum, nego Majorem. Ex hoc, & quia alias pena ut pena non est de primaria intentione Dei, sed bonum occasionatum, concedo Majorem, & concepia minori, nego Consequentiam. Nam corona utilis non est bonum occasionatum, sicut pena, sed per se amabile, & ideo potest ratione sui in ordine intentionis amari absque occasione & prævisione meritorum, & non ut causata in illo ordine a meritis, sed ut illa causans & inferens.

Objicitur tertio: Gloria in executione non confertur adulis, nisi ut præmium meritorum: Ergo ab æterno Deus non aliter eam confert, decretiv-

decrevit, quoniam ex meritis prævisis. Probatur Consequenter, non enim aliter ab æterno fuit de cœta gloria, ac in tempore executioni mandatur: Ergo si in tempore confertur dependentia à meritis, ex illis ut prævisis de cœta fuit ab æterno, & consequenter nullum datur in Deo decrevum efficax circa gloriam, merita prævisa anteverens.

Confirmatur, Actus exterior & interior formaliter ejusdem honestatis. Sed exterior gloria collato gaudet honestate iustitiae, ut doceatur in Tractatu de merito: Ergo etiam intentio eamtribendi, debet esse ex iustitia; & non ex pura liberalitate, & consequenter supponere prædicacionem meritorum.

Refinatio ex doctrina tradita corollario ultimum precedentis: Duplex circa gloriam consequenter decretum in Deo, intentionis utrumque & executionis alterum. Primum cum executione in modo attingendi objectum non adveniat, quod potius opposito modo procedit; unde in primis incepit intentio, terminatur executionis apropio loquendo de isto, falsum est dicere, gloriam eodem modo esse à Deo decretam & intentionem, quo in tempore executionis mandatur. Sive de secundo decreto loquamus, verum etiam per illud esse voluntam gloriam, eodem modo quo in tempore fuit executio; unde cum in tempore confetur ex meritis, ex illis etiam fuit voluta per decretum & executivum.

Ad confirmationem dicendum est, Majorem esse veram de actu interiori, immediatè imperatè exteriore; sed falsum autem de interiori, solum mediate imperatè exteriore: intentio autem efficacis glorie, immediatè non imperat gloria exhibitionis, sed tantum mediatè; illa enim immediatè imperat à decreto executivo, unde hoc decretum honestate iustitiae formaliter gaudet; aliud vero est purè liberale & gratuitum, & meritorum præscientiam ante cedit.

Dices: Quilibet de cœto divino debet aliquis effectus ad extra correspondere: Sed voluntati gratia dandi gloriam, nullus correspondet effectus ad extra: Ergo in Deo non datur talis voluntas, seu de cœto illud gloria intentivum, meritorum præscientiam anteverens. Minor probatur, quia si aliquis effectus illi correspondet, debet esse gloria, gratis & sine meritis collata, quæ tamen non ita de facto confertur.

Respondeo prætermissa Majori, de qua disputatione Theologici in Tractatu de voluntate Dei, negando Minorem; ad cuius probationem, nego quædam: licet enim voluntas dandi gloriam sit ante prævisa merita, non tamen est voluntas dandi gloriam sine meritis, sed per merita & bona opera ab ipsa præparanda: unde effectus illius ad extra, est gloria in executione ex meritis communicata.

Objicitur quartus: Si electio prædestinatorum ad gloriam est purè gratuita, & antecedens prævisionem meritorum, etiam reprobatio fieri ante prævisa demerita seu peccata: Consequens est falsum, ut constabit ex infra dicendis: Ergo & Antecedens. Sequela Majoris videtur manifesta, nam si ante prævisionem meritorum Deus elegit homines ad gloriam, ex virtutis electionis manebit in Deo certus & determinatus numerus salvandorum, & non solum formaliter sed etiam materialiter: Ergo aliqui non sic elegi, manebunt exclusi à gloria: Ergo illa electio est virtutis exclusio reliquorum à gloria ante prævisa demerita.

A Respondeo distinguendo Majorem. Si reprobatio sumatur purè negative, & pro voluntate non admittendis aliquos ad gloriam, transeat Major. Si sumatur positivè, & pro voluntate infligendipenam, nego Majorem. Solutio patebit ex dicendis disp. s. ubi agemus de reprobatione.

Objicitur quintus: Si prædestinatio fieret ante prævisa merita, maximè quia id petit ordinatus modus appetendi media, & dependentia essentialis electionis ab intentione: Sed hæc ratio nimis probat: Ergo nostra sententia falso nititur fundamento. Major conflat ex supra dictis, Minor vero probatur. Si hæc ratio valeret, probaret quod Deus, etiam de potentia absoluta, non potuit efficaciter eligere homines ad gloriam & ad merita, nisi præsupposita intentione efficaci gloria: Sed hoc non est dicendum: Ergo &c. Sequela Majoris probatur: quia Deus non potest ullà potentia appetrere inordinatè, nec essentiales dependentias variare.

Respondeo concessa Majori, negando Minor; ad cuius probationem dicendum est, Deum duobus modis potuisse se gerere in collatione gratia & meritorum. Uno modo ut vellat & amaret illa ut media solum sufficientia, nec ut infallibiliter cum gloria connexa. Secundo taliter quod vellat & amaret gratiam & merita, ut media efficacia, & infallibiliter cum gloria connexa. Primo modo potuit Deus efficaciter eligere homines ad gloriam & ad merita, absq; præsupposita intentione gloria, non autem secundo modo. Sicut enim repugnat assensu evidenter conclusionis, quatenus conclusio est, haberi sine evidenti præmissarum assensu, ita electionem efficacem medit ut infallibiliter connexi cum fine, poni sine prævia efficaci finis intentione.

S. III.

Aliæ Adversariorum ratiuncula infringuntur.

O Bjicitur sextus: Secundum Scripturam & SS. Parres, numerus electorum, si comparetur ad multitudinem reprobatorum, valde exiguis est: unde Christus s̄pē repetit in Evangelio, *Multi sunt vocati, pauci v̄rō electi.* Et Luke 12. numerum electorum vocat parvulum gregem: *Nolite (inquit) timere pusillus grec, qui (in Tertulliani verbis utar) est de singularitate sua famosus, ut ales Orientis quem phoenicem vocant.* Sed non videtur conveniens, nec divina bonitati consonum, hæc exiguitatem numeri salvandorum referre in solum beneplacitum voluntatis divine, cum dicatur Sapient. 1. *Sententia de Domino in bonitate:* & bonum, ut docet Dionyſius cap. 1. de divin. nominibus, sit maximè sui diffusivum & communicativum: Ergo illa debet reduci ad angustias voluntatis humanæ, quæ non se conformat antecedenti Dei voluntati, ejusq; electioni non consentit; & consequenter prædestinatio à futuro consensu voluntatis humanæ, tanquam à causa, vel saltem tanquam à conditione dependet.

Respondeo primò ex Augustino, hanc exiguitatem numeri salvandorum, in peccatum originale, & in primi parentis culpam, qui totam naturam humanam reddidit Deo ex osam, tanquam in causa, m debere reduci. Ita s. Doctor in Enchir. cap. 99, ubi ait: *Qui liberantur ex universa generis humani damnatione, sic oportuisse liberairi, ut ex pluribus non liberari ostenderetur quid meruisse universa conspersio, & quid etiam istorum de-*

DISPVATATIONE SECUNDA

32

debitum iudicium Dei duceret, nisi eius indebita misericordia subveniret. Et Epist. 157. ad Optatum inquit: Tam parva esse multitudo adiem electorum, ut ipsa reiectorum multitudine ostenderetur, quam nullus momenti apud Deum iustus sit quam alibet numeritas iustissimè damnatorum, atque ut hinc intelligent qui ex ipsa damnatione redimuntur, hoc suisse debitum massa illi universa, quod tam magna pars eius redditum cerneretur, non solum in eis qui originali peccato multa adulant mala voluntatis arbitrio, verum etiam in tam multis parvulis, qui tantummodo vinculo peccati originalis obstricti, sine gratia mediae torsis ex hac luce rapiuntur.

81 Respondeo secundo, Deum hac paucitate numeri electorum, divinæ electionis eminentiam voluisse ostendere, & significare quam gratuitus, quam admirabilis, quam Dei proprius, quam humilibus pervius, ac superbris repugnans, & denique quam excelsus, & sublimis sit ille finis, ad quem electos suâ prædestinatione evehit & transmittit. Videmus enim, quod quanto aliqua sunt nobiliora & excellentiora, tanto sunt rariorā & minus communia; ut constat in auro, gemmis, unionibus, & lapidibus pretiosis: Medicina & in turbam nascientia, saepe natura producit, eximia verò ipsa raritate commendat, inquit Seneca Epist. 42.

Quatuor modis divina bonitas diffundit, & ad extra communicat: scilicet in ordine naturæ, gratiæ, gloriæ, & unionis hypostatica: cum hoc tamen discrimine, quod prima communicatio, quæ est omnium infima, est aliis magis extensa, & totum universum continet, omnibusque creaturis communis est. Secunda minus porrigitur, & solas creature intellectuales, quas Deus ad ordinem supernaturem evehit, sive suo complectitur. Tertia adhuc minus extenditur, & solis prædestinatis propria est. Ultima denique, quæ est omnium præstantissima, aliasque in infinitum excedit, solum Christi humanitatem, ad esse personale Verbi Divini assumptam, respicit.

Addo, etiam quod intentio Dei prædestinantis fuit, sibi singulari & speciali vinculo & titulo devincere electos, quapropter rarum debuit suisse beneficium: nam teste Senecæ libro 1. de beneficiis cap. 14. Beneficium quod quibuslibet datu, nulli gratum: quod vales gratum esse, rarum esse: quis patitur sibi impuniti vulgariter.

§. IV.

Solvuntur argumenta & absurdæ ex inconvenientibus petita.

82 D Enique arguunt quidam Recentiores cum Lessio, ex pluribus absurdis & inconvenientibus, qua dicunt sequi ex nostra sententia. In primis afferunt illam videri rudem & asperam, Dei que bonitate indignam. Quæ enim (inquit) non dicam bonitas, sed æquitas patitur, ut Deus ante omnem præscientiam futuri nostri consensu, & nulla omnino habita ratione usus liberi arbitrii, quosdam homines efficacitor ad gloriam eligit, & reliquos spemant & abjicit?

83 Secundo, Hæc sententia non parum derogare videtur divinæ ritati: quia non sincerè agere, est actiones externas non convenire interno affectui: Sed si vera esset nostra sententia, Dei actiones externæ longè essent dissimiles interno ipsius affectui, nam Deus omnes homines, maximè vero fideles, per Ecclesiam nomine Dei lo-

A quentem, indifferenter hortatur ut salutem sis operentur, omnibus eadem sacramenta exponit, ac Christum Dominum in Eucharistia offert; sic actiones Dei externæ pro salute hominum, sunt pares erga omnes fideles; & nihil omnino in nostra sententia, interni ejus effectus sunt erga illos omnino dispare ac dissimiles; cum occulto mysterio, sine ullis meritis vel demeritis praefis, quodam efficaciter eligat ad gloriam, & certos ab ea excludat, seu ad ilam non allumat. Certe ludere videtur sic amans, vel illudere.

Tertiò dicunt, hanc sententiam studium propriæ salutis, & zelum animarum exinguere. Nam si illa esset vera, posset uniusquisque dicere: si sum antecedenter prædestinatus, quamvis hic & nunc non sum sollicitus de mea salute, tamen ab illa exicadam, sed suo tempore confuar certissimè. Si verò non sum ita prædestinatus antecedenter, irriti erunt mei conatus difficultem meam operandam. Idem dilemma facere posset, quivis vocatus ad procurandam animarum salutem. Posset enim dicere: vel hæc anima cuius hic & nunc salutem promovere possit, electa est antecedenter à Deo, vel non. Si primum, me hic & nunc quiescente, nihil tamquam illi peribit de gloria, imò nec de gradu gloriose, quem est destinata. Quod si hæc anima non est electa antecedenter, frustra laborabo. Ex his inferunt illi Authores, nostram sententiam populis prædicandam non esse, èo quod homines in salute procuranda segenes, honorumque operum minus studiosos reddere possent.

Demum contendunt, decretum efficax datur gloriante prævisa merita, omnem evertere libertatem, & fatalem necessitatem induens: quia, inquit, tale decretum est quadam suppositione meam libertatem antecedens, & in sua efficacia, à quocumque actu meæ voluntatis independentes, nec in manu mea est illud averteret, aut illi jam dato & posito resistere.

Hæc sunt præcipua quorundam Recentiorum argumenta, quibus nostram sententiam, & fidem, ac inconcussum gratuitæ prædestinationis fundamentum conantur evertere. Quibus in primis respondeo, quod hac omnia inconvenientia fuerunt olim D. Augustinus à Pelagianis & Semipelagianis sapientibus objecta, ut fuisse ostendimus Tractatu præcedenti, eaque S. Doctorum nihil moverunt, quominus sententiam suam de gratuita Dei prædestinatione, constanter tueruntur, & perseveranter teneret usque ad mortem. Neque scandala quæ ob id oriebantur, & non nullis accidebant, curanda esse putavit, judicans esse passiva, & quæ ex inficta veritatis, & imperitia Divinarum Scripturarum nascierentur. Ita Pererius Tom. 6. disputationum serie cum infra-ram Scripturam, ad illa verba Apostoliad Roman. 9. Ergo cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Idem testatur Claudius Typhanus, novissimus Societatis scriptor, libro de priori & posteriori cap. 53. ubi hæc scribit. Quoniam admodum ubi primum Augustinus suam illam à discretione electorum à reprobū ex solo Dei beneplacito, sententiam evulgavit, nonnulli Catholici, & non contempnenda in Ecclesia autoritatis viri (plures scilicet Galliarum Episcopi) et facti offensi, dicebantque, ut vera esset, populis prædicandam non esse, quod homines in salute procuranda segenes, honorumque operum minus studiosos reddere posset: sic non defueret posset, sumptue ad huc, qui doctrinam illam, non modo falsam, sed

valle datur & inhumanam existimant. Verum ut A illa sententia, quam Doctore Apostolo, & magistrâ scripturâ sancit didicerat, non deterruit, nec potest Thomas, atque Scholasticos ab Augustino sedxit: Ita nos ab eodem nunc removere debet discentium ab isto anchorita, aliorumque scandalum. Quid pars doctrinam hanc, ad gratia divina commendationem, ad admirandam iudiciorum Dei altitudinem, ad hominum de se suisque meritis nimis preponitiam superbiā deprimendam, ut cum in extremo Domino serviant, ac salutem suam spernere, & in Dei bonitate ac misericordia sperare, & in seipso, sed in Domino gloriarent, patrem aplice predicandam cum Augustino libro de dom peccantia cap. 19. 22. 23. & 24. existimat, nec in ea docenda timendum scandalum, eò quid ut nos monet Gregorius Magnus homil. 7. in Euseb. Cùm de veritate scandalum oritur, neq; est sustinendum scandalum, quam veritas sequitur.

Quibus autem aurior videretur hec sententia, id videlicet quid pertinet nos velle Deum panis eternis ullorum reprobos, nullâ habit ratione peccatorum, & huius impenitentie corundem. Quod Deum existimat, enique quasi suo pede metiantur, putantes eum in consilis ac decretis suis, ab obiectis bonis & malis, sicuti nos pendere ac permoveri. Quod nostra divina eminenciam, & supremam in res omnes, eum homines & Angelos, potestatis magnitudinem, in sibi attendant. Et infra num. 5. addit: Non plus difficilestis ad hanc questionem explicandam & capienda, quam in reddenda ratione, cur

D. Thomas ubi supra his verbis. Neque tamen propter hoc est iniquitas apud Deum, si iniquitas non in equalibus prepareret. Hoc enim esset contra iustitiae rationem, si prædestinationis effectus ex debito redderetur, & non daretur ex gratia. In his enim que ex gratia dantur, potest aliquis pro libito suo dare cui vult plus, vel minus (dummodo nulli subtrahat debitum) absque præjudicio iustitia. Et hoc est quod dicit Pater familius Matthai 20., capite: Tolle quod tuum est, & vade. An non licet mihi quod volo facere? Nunquid non in domo figuli distincta sunt vas: illa quidem in gloriam, ista in ignominiam destinata? Quid ergo (inquit Augustinus in Psalm. 48.) non aedes reprehendere in officina figulum, & aedes reprehendere in mundo Deum?

Ad secundum inconveniens, in primis dico il. 89. Iud posse retrorqueri in Adversarios: cùm enim juxta illorum principia, Deus uni det gratiam in ea occasione in qua scit convertere, & alteri solum in ea occasione in qua scit esse frustram voluntatem de hominum salute, sed potius de industria videatur insidiari salutem aliorum, dum eos ponit in illis occasionibus & circumstantiis in quibus praescit eos infallibiliter lapsum, relictis aliis infinitis, in quibus certò per scientiam medianam praescierat, eos benè operatus, ac in bono perseveratus. Sicut dux viæ censemtur viatoribus struere insidas, cùm illos ducit per vias aut semitas in quibus certò scit quod illi in manus latronum incident, & ab eis spoliabuntur, & occidentur. Vel sicut venator viæ avium aut ferarum sylvestrium insidiatur, dum eas ad certum locum ire competit, ut incidant in casles & laqueos quos paravit. Certè ludere videtur sic amans, vel illudere.

Respondeo secundò negando sequelam, ad 90 probationem, concessa Majori, nego Minorrem. Ad probationem Minoris dicendum est, actiones Dei externas quibus Deus omnes homines, maximè vero fideles, hortatur ad salu-

tionem II.

DISPUTATIO SECUNDA

34

tem & p̄cūnientiam, & omnibus indifferenter A proponit salutis p̄cepta, consilia, & remedia, esse effectus & signa voluntatis Dei antecedentis, quā vult omnes homines salvos fieri, consideratā naturā humanā secundūm se, & prout est capax salutis, ac in finem supernaturalem ordinata, ut docet Divus Thomas in prima dist. 46, quæstione prima, articulo primo his verbis: *Hujus enim voluntatis effectus est ipse ordo in finem salutis, & promovens in finem, omnibus communiter proposita, tam naturalia, quām gratuita; scilicet potentia naturales, & p̄cepta legis, & huiusmodi.*

Cū ergo hæc voluntas sit in Deo propriè & formaliter, & non solum metaphorice, vel eminenter, ut Tractatus p̄cedent ostendimus, arias. 3. actions Dei externæ quibus Deus omnibus hominibus proponit salutis p̄cepta & remedia, sunt veræ, sincerae, & non fallaces divini animi & effectus significations.

91 Ad tertium nego Antecedens, quoad utramque partem, ad cuius probationem dico, idem propterea dilemma de p̄scientia in Adversarios intorqueri posse in hunc modum. Vel nunc sum de illorum numero, quos Deus ab æterno p̄vidit esse salvandos, vel non sum? Si sum, nulla mea imposterum dissolutio aut legnities faciet ut inde excidam, cum divina p̄scientia falli non possit: quid igitur de bonis operibus sollicitus sum? Si non sum, nullà sollicitudine efficiam ut in illo numero comprehendam: quid igitur restat nisi desperatio? Hac retorsione utitur Augustinus contra Scipielagianos capite decimo quinto de dono perseverantie, ubi sic habet: *Ista cùm dicitur, ita non à confitenda Dei gratia, id est, quæ non secundum merita nostra datur, & à confitenda secundum eam p̄destinationem Sanctorum, detergere non debet: sicut nos deterremur à confitenda p̄scientia Dei, si quæ de illo populo sic loquatur, ut dicas: sive nunc recte vivatis, sive non recte, tales vos eritis, quales vos Deus futuros esse praeservis, vel boni si bonos, vel malisi malos. Numquid enim si hoc auditu, nonnulli in corpore, cognitioem vertantur, & a labore, prolixe ad libidinem, post concupiscentias suas eant, propterea de p̄scientia Dei salutem putandum est esse quod dictum est?* Nonne si Deus illos bonos futuros esse p̄servit, bonierunt, in quantilibet nunc malignitate versentur; si autem malos, mali erunt, in quantilibet nunc bonitate cernantur? Sicut ergo hic discursus est vitiös, ita inanis est ratiocinatio Adversariorum. Nam ut egregie discutit idem Augustinus in eodem libro capite decimo septimo. *Sicut ille quæ n. Deus castum futurum esse preservit, quamvis id incertum habeat, agit ut castus sit: ita ille quem castum futurum p̄destinavit, quamvis id incertum habeat, non ideo non agit ut castus sit (hoc est non ideo non est sollicitus agere ut castus sit) quoniam Dei dono se audit futurum esse quod querit, inquietam gaudet eius charitas, nec inflatur, tanquam id non accepterit. Non solum ergo p̄dicatione p̄destinationis ab hoc opere non impeditur, verum ad hoc adiuvatur, ut cum gloriatur, in Domino gloriatur. Utterque igitur qui de numero electorum est, sive ex p̄visione, sive ex p̄destinatione, sollicitus de bonis operibus ac salute esse debet, quia & p̄destinationis & p̄scientia, habet per sollicitudinem & opera bona, electionis effectum re ipsa conferre, ut explicat Divus Thomas hic articulo octavo. Nec ulla ratio est, cur minus solliciti sumus ut præstemus id quod per nos ipsos Deus fieri*

p̄destinavit, quam id quod Deus nos factus esse p̄scivit. Nam sicut non fieret id quod Deus p̄scivit esse futurum, nisi adhiberentur ea media per quæ id futurum esse p̄scivit, ita non fieret id quod p̄ordinavit, decrevitque talibus mediis fieri, nisi quoque talia media per quæ istud fieri decrevit, adhiberentur.

Ex hoc paret responsio ad illud quod addunt, de zelo salutis animarum: cum enim p̄dellatio esse etum suum non sine hominum aliorum cooperatione sortiatur, per illam non tollitur verus & sincerus zelus animarum, in ea quam Augustinus tradidit veritate fundatum, ex qua ferventes cooperatores esse debemus voluntatis Dei, fraternaque salutis adjutores. Unde idem sanctus Doctor de correptione & gratia capite decimo quinto quoruadum vero refert qui dicebant: *Pereat infirmus, quid nos? firmum fundamentum Dei fiat, & novo perit nisi filius perditionis.* Et statim ea acriter rebatur ac retundie, tubdens: *Absit ut flagrantientes, securos in hac negligentiā esse debet in damus.* Verum est enim quia nemo peris nisi filius perditionis: sed ait per Ezechiel Prophetam, *quidem in peccato suo morietur, sanguinem rabi de manu speculatoris requiram.* Addit idem Augustinus ibidem, quod Noſcientes quæ pertinet ad p̄destinationem numerum, quæ non pertinet, sic offici debemus charitati affectu (qui non est alius nisi animarum zelus) ut omnes velimur saluari.

Ad id vero quod addunt Adversarii, populus non esse p̄dacadam nostram sententiam, ne forte ex ea scandalizentur, vel in desperationem adducantur. Resp. idem fuisse obstatum à Massiliensibus contra Augustini sententiam ut referunt Prosper & Hilarius in Epistolis ad Augustinum, & constat ex ipso Augustino in libro de dono perseverantie capite decimo quarto, ubi sic habet: *aut (Massilienses) p̄destinationis definitionem utilius p̄dicationem adversari: quasi vero adversata sit Apollō p̄dicanti? Nonne ille Doctor Gentium in fide, & veritate p̄destinationem toties commendavit, & robur Dei p̄dicare non disstitit? Cur ergo p̄dicatori, p̄cepcioni, exhortationi, correcione, qua omnia frequenter scriptura divina, exquisita inutili defensione p̄destinationis quam commendat eadem scriptura..... Cur non a nobis p̄dificabitur p̄destinationis, qua ab omnibus Ecclesi Doctoribus publicè p̄dicata est? Hanc p̄dicant Cyprianus, hanc Ambrosius. Dicatur ergo verum, maxime ubi aliqua quæstio ut dicatur impedit, ut sapienti qui possunt, ne forte cùm tacetur, propter qui capere non possunt, non solum veritate fraudetur, verum & falsitate captiui qui verum capere, quo caveatur falsitas possit. Quanvis ergo quidam p̄dicatione gravius p̄destinationis scandalizentur, ea tamen deferenda non est, quia ut ait Gregorius magnus superlatè relatus: si la veritate scandalum sumitur, utilius permittitur magis scandalum, quam veritas relinquatur. Asperator est, & quæ solo auditu hominum corda conturbet, altissima divinæ p̄destinationis p̄dicatione, & meritò à Prophetis scriptum horror appellatur. Sed nunquid blandientes populis veritates semper proponendæ sunt? Numquid demulcendæ sunt suavi cantu illorum aures, & suavissima eis carmina cantanda? Aduant Deum, sic adulantes, & dulcia populi*

lis prædicantes, leviter increpantem. *V. v. v. v.* *b.* qui conquisitum viriles, sub omni cubito manus, & facies carnalis super capita universa etatis ad capientem animam. Propter hoc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad populos vestros quibus vos capitum animas voluntatis, & dum pampas eos de brachio vestro, Ezechielis de cimo tertio.

Ad ultimum inconveniens quod est de libertate aeternitatem, plura dicimus in ultima disputacione, ubi agemus de concordia libertatis cum divina providentia & prædestinatione. Nunc breviter respondeo, quod licet decretum gra-

tuus prædestinationis meam libertatem antecedet, & ab illa ut à causa, vel ut à conditione non pendas, eam tamen non tollit vel latet, tam quia antecedit antecedentia causarum & libertatis ejus: tum etiam quia derivatur ex efficaci voluntate Dei, in qua tota nobilitas eminentissimo modo continetur; ac prius est non formaliter, aequivalenter tamen ad nostram voluntatem consequitur, quod effectum conservandi libertatem illas, ut loco citato latius exponamus. Nec obstat quoddam noscitur manu mea, tale decretum averttere, vel resistere, ejusque efficaciam impedit: si enim ei non potest resisti, & illud velit & fatur quod liberè operemur, firmum & certum est, quod liberè operabimur: ut ergo experit sancitus Thomas supradicta questione decima nona, articulo octavo ad secundum his verbis: *Ex hoc quod nihil voluntati divina reficit, sequitur quod non solum sicut ea qua Deus vult fieri, sed quid sicut contingere vel necessariò, quia sic vult fieri Deus.* Quam doctrinam deflumpit ex Anselmo capite primo de concordia præscientiae & prædestinationis, ubi haec scribit: *Quoniam enim quod Deus vult, non potest non esse, si Deus vult voluntatem humanam, nullà cogi vel prohiberi nequeat ad voluntem, & vult effectum sequi voluntati, tunc necesse est voluntatem esse liberam, & esse quadrata.*

ARTICULUS III.

An deretur ex parte nostra causa, meritoria vel dispositiva a primi effectus prædestinationis?

S. I.

Referuntur sententiae, & prima conclusio statutur.

*N*hac celebri quæstione rejiciendi sunt duo hereticorum errores, & duas Catholicorum sententias confutandæ.

Primus error fuit Pelagii, qui cum existimat liberum arbitrium sufficere ad bene operandum, & per gratiam solum adjuvari ut facilius posset, confequeretur etiam asserebat, gratiam alioquin effectus supernaturales ad prædestinationem pertinentes, dari nobis intuitu aliquius boni operis facti sine gratia, tanquam propter meritum, non solum de congruo, sed etiam de condigno.

Secundus error fuit Semipelagianorum, seu Massiliensium, qui Pelagi hæresim aliquiliter temperantes, asserebant, nos quidem non posse sine gratia Dei opera aliqua bona facere, sed debet præveniri voluntates nostras ab ipsa, ut ali-

A quod opus bonum vel inchoetur, vel consumetur; sed tamen dicebant ante ipsam gratiam præcedere ex parte nostra, non quidem bona opera, sed initia quædam fidei & bonæ voluntatis quorum intuitu Deus movebatur ad dandam primam gratiam auxiliantem. Hujus erroris minimere Hilarius & Prosper in Epistolis ad Augustinum, eumq; latè prosecuti sunt Cassianus Presbyter Massiliensis lib. 12. de institutis Cœnobiorum cap. 11. & sequentibus, & collat. 13, per totam, & Faustus Regiensis Episcopus in duobus libris de gratia & libero arbitrio.

B Prima verò Catholicorum sententia existimat dari ex virtibus naturæ causam dispositivam non tamen meritoriam primi auxilii supernaturalis. Pro hac referuntur Scotus, Durandus, Gabriel, Ricardus, Javellus & alii.

Secunda docet, quod licet opera bona ordinis naturalis, non sint ratione sui dispositiones physicæ vel morales ad primam gratiam auxiliantem, ex lege tamen Dei, & pacto initio cum Christo, de non neganda gratia facienti quod in se est, habent connexionem infallibilem cum ilia. Ita Molina in concordia disp. 10. & plures ex Recentioribus.

C Dico primò: Opera bona moralia ex virtibus naturæ profecta, nec de condigno, nec de con-

gruo primam gratiam auxiliantem promerentur. In prima parte conclusionis, ut in fidei dogmate omnes Catholici convenient: est enim definita in pluribus Conciliis, præsertim in Milevitano, Palæstino, & Arausiano secundo, in quibus Pelagio præcipitur, ut fateatur gratiam Dei, non secundum merita nostra conferri. Ratio etiam suffragatur, nam ut docent Theologi in Tractatu de merito, meritum de condigno adæquare debet præmio in morali æstimatione: At hujusmodi æqualitas operibus naturæ ad supernaturale præmium repugnat, cum res ordinis naturalis & inferioris nequeat in morali æstimatione, rem superioris ordinis adæquate, ut ex

D terminis manifestum apparet: Ergo etiam reputat, quod opera naturalia sint condigne meritoria præmii supernaturalis.

Præterea, ut supradicemus, prædestinationis Christi est exemplar nostra: Sed unio hypothistica, quæ est primus ac præcipuus prædestinationis Christi effectus, fuit purè gratuita, & absque ullis præcedentibus meritis, ut ex variis Scripturarum testimoniorum demonstrat Augustinus capite 15. de prædestinatione Sanctorum. Ergo similiter prima vocatio, seu primum gratiae auxilium, quod est primus effectus nostræ prædestinationis, datur purè gratis, & absque ullis præcedentibus meritis naturæ. Unde Fulgentius libro de Incarnatione & gratia capite 19. docet, quod sicut in generatione carnali præcedit Dei operatio omnem hominis geniti voluntatem vel affectum, & sicut in conceptione Christi, Spiritus sancti operatio, Virginis operationem antecedit: ita in spirituali hominis generatione, non præcedit voluntas hominis, sed subsequitur Spiritus sancti operationem.

E Quod autem nec de congruo primam gratiam auxiliantem, bona opera naturalia mereantur, ostendo primo ex Scriptura. Dicitur enim ad Ephesios 1. In quo omnes sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum ejus qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue. Quibus verbis Apostolus docet nos esse sorte vocatos, & ad gratiam electos, ac proinde nullis præcedentibus meri-